Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber III

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

ambitu longa patebat distancia. Planicies
eius est uiridarijs illustrata, dum aquarum
fontes inea innumbiles, scaturiunt, et quam
plures fluuij, continuis fluctibus, perlabentes
Riuulo, eadem planiciam irrigarent quarum
instar uenatricam amnium copia uigebat in
illa. Ad hanc igitur ciuitatem Iason et hercules
cum eorum comitibus regaliter adornati inducti
tramite recto se conferunt qui dum per platheas
ciuitatis ipsius, diametro longo patentes,
moderatos gressus laudabili compositione
maturant. Miratur uulgus in eis illucere
tot Regios apparatus, tam speciosarum inflo
rescere iuuentutem. sic modestos incessum
incessibus, et in apparencia tot moribus pollere.
Sciendi igitur animo disquirunt uulgus qui sint
unde sint, et que causa sit aduentus ipsorum. Disqui
rentibus igitur illis, nullus est qui causam eius eorum
aduentus aperiat donec regij palacij por
tas attingunt. Rex autem Cetes innate
sibi nobilitatis generis non oblitus, statim
sibi, ex quo Grecorum aduentus innotuit
solio consurgens a regio Grecis obuiam in
multorum comitiua suorum, exiuit quos fron
te illari et facie leta recipiens fouet amplexibus,
signis salutacionis exhilarat et in
dulcium uerborum primicijs placidas amici
cias illis spondet. Qui in postmodum per gra
dus marmoreos loco sublimia conscen

derunt, Palacij intrant cameras picturis
uarijs illustratas, et appositi auri mirifico
fulgore micantes. Postquam uero eis est sedendi
concessa facultas Iason multa animositate
repletus in modesta pronunciacione uerborum,
aduentus sui causam Oete regi explicauit,
ac aurei uelleris ordinata discrimina,
secundum statuta legis imposite humiliter temp
tare deposcat, Cuius autem Rex benigne
petitis obtemperans se impleturum uota
Iasonis non negauit.

Liber tercius de medea quomodo amore Iasonis capta fuit et de uellere aureo ipsum se non de instruxit.

P(h)aratis igitur in multa regum ubertate
cibarijs sternuntur mense suppositis
ciffis Argenteis et aureis multis, uinis et
in mirente comoditate uescendi. Rex
cupiens omnem sue nobilitatis gloriam Gre
cis ostendere, pro quadam filia sua mittit
ut ueniat iocunda, celebratura conuiuium
cum nouis hospitibus quos ipse rex cum
multa iocunditate recepit. Erat enim Oete
regis filia Medea nomine uirgo nimium
speciosa, patri unica sola futura heres
regno. Que quamquam ad annos iam nubiles
peruenisset et femina iam thori maritalis apta
nubibus tamen annis se totam exhibuit libe
ralium artium studiose doctrinis, sic tam

cordis audiente sāc in hiās benes chona
ue nullus uł nulla ea doccior. posst illis tpib
repm. Set eius margarite sāā exqua
prius ꝯpellebat. erat ars illa mathemati
ca que p in eos ꝗ modos exorcizacionu
nigromanticos lucē ītebat in tenebras fi
bus uentos inducebat ꝗ pluuias coruscā
ciones. et grandines ꝗ timidos t'ie mot'
fluuior aut decursus p decliua loca laben
tes ad supiores ptes influere ꝗ redūdare
cogebat. yemali ꝗ ipugnacōe frondib
spoliatas arbores ꝯpellebat. in ipa turbi
nis tepestate florescere ꝗ senes adiuuen
tutis glām puocando. Hanc arte uoluit
Antiqua gentilitas. luminaria magna.
S. solem ꝗ lunam. sepius coegisse ꝯtra
natālium ordinē eclipsari. Nam scdm
astrologie ūitatem. de qua ipa doctissimā
fuisse describit' sb ecliptica cursū ꝯtinuo
sol decurrens. eclipsin nō hr. nisi cū fuit
ī ꝯiunctōe in ipa cauda uł capite que sūt
quedā int'secacōes cuiusdam circuli celi
ꝗ aliquo alio ex planetis. Nam tc oppo
nente se luna int' aspectū nrm ꝗ solem
corpus solis nos uidere uisiōe solita nō
pmittit. sm qd de hoc phibitur mag
discrecionis Egiptius. Ptolomeus ipa tn
psūe incantacōis uirib hoc accidere fecis
se narrat'. Nam tc sol erat i lune con

Linea est t'ordia in zodiaco

No. de eclipsi lune.

iūctione quā nos uulgariť dicim'. cū luna
se uoluit. sēt cū erat ī eius opposito. abeo
ea p. vij. signa ꝯtinua exitit remota. tc
cū lunā uulgariť appellam' quītā decimā.
Set ille famularius Sulmonis. Ouidius
sic de ea. Cuius filia. de ipa ꝯmendans
tradidit ēē credendū. qd absit a catholicis
xpi fidelib credi debere. uix quatenus ab
ꝯmnibus fabulose narrat'. Nam ille summ'
etnus deus. qui in sapiā. i. in filio eterno
creauit celestia corpora planetar. ꝗ pia sub
lege disposuit. ꝗ ea statuens in eternum.
p'ceptū eis posuit qd nō p'tibit. hic est
qd solis eclipsis ꝯtra nālium institutā
nusq̄ legit' accidisse. nisi cū incarnatus dei
filius se ipm pnobis humiliť exposuit
pasioni. Qui cū in crucis patibulo tra
didit spm eclipsatus est sol. luna tunc
nō existente in ꝯiūctōe. cū uelū templi
scisum est. fcī sūt t'remotus horribiles
ꝗ multa tūc scōr corpora surrexerūt. hīn
cū dieb illis Dyonisius Ariopagita sū
mus Phylosophus in natiuis uniūsi
apd Athenas ꝗ in Liualijs studiosus.
licet ēēt īfectus gentilitatis errore di
dens tn in xpi passione solem eclipsasse
stupefactus sic dixit. Aut deus natūe
patit' aut machina mūdi dissoluit'.
Hic est uerus ꝗ etnus deus. cui est posse

No. de incarnacione xpi.

No. qd tp̄e xpi fuit ī passione fuere terremoti horribiles ꝗ multa corpora surrexerūt

natalia quequnque dissoluit coniuge in lege na
ture qui sola uni sin fidelis preter cur sui
solis mundanum contra naturalem institucionem ipi
ad Salon figi constare mandauit. Hic
autem hec de Medea secundum fabulas ideo posui
quoniam sic de ea fabulose finxisse poetas ysto
ria. non obmittit quia ipsam fuisse in astro
nomia, et Nigromantica sciencia peritissima
non negetur. Medea autem precepto patris
audito quamquam esset Virgo nimium speciosa
conata est ut mulier est moris speciem
addere speciei pro speciosa videlicet ornamentis.
Qua compta pluribus ornatibus et regio ap
paratu decoro cum pleno gaudio non obstante
familiaritate addiscumbencium mensis
accessit quam sedere iuxta Iasonem illico
iussit pater. Sed. O. multa et infatua
nobilitas quid urbanitati debes in ho
nore tui preparandi contra decoris pecunia
litate iacturam. Numquid sapientis est credere
constancie puellari aut sexui muliebri
qui nullis animorum circulis nouit captare
constanciam cum animus semper consistit in motu
et propter continue pulescentes vacillaciones
ante quam uiro coniunctus mulier sit vniuersa tempora misceretur.
Semus enim mulieris animum semper viri
appetere sicut appetit materia semper formam.
O. ut materia transiens semel in formam
posset dici suo contenta formato. Sed sic

ad formam de forma procedere materia
nec est. Sic mulieris concupiscencia
dissoluta procedere de viro ad virum ut
est credit sine fine cum sit quedam pro
funditas sine fundo nisi forte prodigis
lakes aliquam abstinenciam laudanda con
cluserit sub terminis honestatis. Qua
igitur. O Rex Cetes ductus audacia te
nere puelle latus extranei uiri alterius
sciuisti si sexus fragilitatem ex animo di
scusso librasses heredem unicam Regni
tui ignominioso nauigio in extranea
regna delatam sub tanto dispendio non
flevisses ut filia simul et semel et thesauri
tui in audito cumulo priuareris. Quid
tibi profuit maris custodia aduersus fin
des mulieris et dolos. Sane quia quod
futurum erat forte diis uitare nullatenus
potuisti. Iussisti filiam tuam cum Iasone
conuenire coniunctim et Iasonem substituisti
participem nate tue in celebracione cibarii.
Nam quod tibi prouide re uera successit
ecce subiungit ystoria successiuis congruo
et in congruos non obmittens. Sedente igitur
Medea inter regem patrem et Iasonem.
licet multo esset rubore perfusa tamen tempera
re non potuit suorum acies oculorum quin
cum posset eorum intuitu visus Iasonem
dulcibus aspectibus retorqueret. Sic

Augmentatur nimium Medee erga Jasonem amore capitata libidinis.

eius faciem et circumstancias singulas flauores crines corporis et membra corporis interius ymaginacionibus contemplando, quod repente in concupiscencia eius exarsit feruentis amoris in animo secum concepit ardorem. Non illi cura est ciborum, nescit dulcedine nec gustare pocula melliflue pocionis, est enim sibi tunc cibus et potus Jasonis dulcis aspectus quem totum clausum gestit in corde et cuius amore libidinis repletus est stomacus saturatus. Cum igitur ipsi credebatur ab aliis qui intuebantur eam ciborum gustibus sic cessisse attribuunt eidem non amoris causa hec in ipsa procedere set sola forte verecundie ruboris. Medea ergo tanti feruoris exasperata cupidine conceptum tamen satis conatur obtegere ut non ab hiis quibus inspicitur percipi forte posset. Sed ad se ipsa probabilis excusacionis argumenta ponderat quibus illud quod nephas esse posset in virgine excusabili contegebat infas. Unde est quod tenui sonno suos eburneos infra dentes collidit hec verba. O utinam iste barbarus tam speciosus tam nobilis michi maritali copula iungeretur ut sibi ipsi diceret intelligi inculpabili affeccione illud appetere quod culpa et crimine non carebat. Dum enim mulier semper est moris ut in honesto

Nota mulierum semper virum appetere sub animi velamine possent suas excusaciones intendere

desiderio virum aliquem appetat, sub animi velamine suas excusaciones intendant.

Conuiuio fine dato, Medea de sui patris licencia cameram suam intrat archanam. et Jason et hercules quadam eius palacii recipiuntur in camera iussu regis. Medea autem in suo secreto cubiculo sola persistens ex concepti amoris flamma vexata inniecta te multa torquetur et multis fatigata suspiriis, satis sollicite cogitat in se ipsa qualiter sui ardoris flammas possit extinguere per satisfaccionem proprie voluptatis. Sed virginei pudoris pusillanimitate deuicta cedit audacie, cum in ea pugnet amor et pudor. Instat amor ut audeat, sed per ignominiam pudor vetat. Et sic duplici vexata conflictu sui laboris dispendia per totam ebdomadam subtaciturnitate defleuit, femineque est autem et a fortune miseriis que finem accelerare ex se ipsa processit pro Medee votis illud acceptum quod cum quadam die circa eius diei medium Rex Oetes in secretariorum comitiva suorum cum Jasone et hercule de multis inter se conferret in aula, per Medeam filiam suam misit ut veniret ad illum, que in apparatu regio veniente in sui veneracione ruboris iuxta patrem ipso iubente consedit. Cum pater blando sermone explicauit ut cum

Iasonem et herculem more uirginio uerba so
laciosa conferret. Que pudibunda quodam
modo patris surgens a latere inter Iasonem
sibi sedem elegit. Iason ut uidit medeam
inter se consedisse factus est ylaris et mo
dico relicto spacio sessionis sedens
parum ab hercule magis medee lateri
fit propinquior. Res autem ceteres circumstantes
ceteri multe confabulacionis amenitate diem
concludunt et hercules cum astantibus eo
rum eo multa sermone cum quibus conferebat.
Sicque inter Iasonem et medeam nullum
erat medium cum posset obicere si masculus
erat ad loquendum aliquod impedimentum. Me
dea igitur quasi in solitudinis habilitate al
loquendi Iasonem apta commoditate cap
tata uidens ceteros inter se circa alia
colloquia diuisa uacare timorosi pu
doris sarcina deposita in primis uerborum con
gressibus sic est allocuta Iasonem. Amice
Iason non reputet tua nobilitas in ho
nestum nec meo feminee dissolucioni
ascribat si forte tecum uelut ignota con
ferre presumpmo quod me inhonesta intencio
ne uerborum affatu ad tuam noticiam prouoca
re dignum est equidem ut ex nimio nobili
et negocioso salutis consilium tribuatur a
nobili. Nam posse nobilis nobili et
quadam mutua urbanitate tenetur.

Scio enim te nobilem conductum audacia
iuuenili Regnum istud pro obtinendo
aureo uellere petiuisse pro cuius questu
scias te discriminii manifesto submit
tere quod in fallibilis mortis periculo subicere
uitam tuam. Quod tue nobilitatis et
iuuenili calori capacior et tibi desi
dero salutis consilium quod auxilium utile
ministrare quod illesus a tantis periculis
euadas et optatis tue patrie lares
ualeas incolumis ingenita sospitate
redire et ad hec tibi me perfecturam
cognoscas si precepibili corde meos
monitus amplectens quod efficacia studio
duxis exequendum. Inprono sibi uultu
quod plicatis brachiis Iason ad offerentis
uerba sic humili uoce respondit. Ha no
bilissima mulier domina nobis deuotis
sime corde meo humiles grates fundo
que laboribus meis operam nobili expo +
sicione monstratis. Cui rei cum beneplacitis
uiris expono cum multo magis finit mu
nera graciosa que nec petita nec pre
cedentibus beneficiorum meritis tribuuntur.
Cui medea. Amice Iason nosca quanta
sunt in aureo uellere querendo constituta discri
mina an forte fama ueritatis ignaram
tibi eciam ipsorum uera non prodidit in apto.
Sane facultas eius obtentus uix aut

+ Nota uerba dulcissima medee uirginis capte amore Iasonis plata per medeam ad Iasonem.

nullo modo mortali cadit in homine cum diuina
sit eius custodia et non sit in homine plus
posse quam potest virtus inexpugnanda
deorum. Quis enim illesus euasit a bobus
flammas eructantibus igneas quem for-
tune casus eius sic ipsos vincere stimulo
presumptionis induxit cum aduersus illos
insultans subito contigerit manere
et exutus fumosa periret. In quod si talem
actionem attemptare inueniaris presumpsisti ma-
gna fatuitate duceris cum precium tante
rei mors sola consistat. Abstine ergo
Iason si periti agis sapientis a tam in-
fausto huius pondere tuum. Iason autem
velut impaciens ad Medee verba commotus
ne plura hiis similia verba diffunderet
eius sermonem intersecat et ei sermone inter-
rupta sic intulit. Ha nobilissima

Responsio Iasonis ad uerba Medee qfiur bona agenda per Medee.

domina numquid vestro tenore sermonum
examinare me creditis ut dum in
discussionibus stupefactus ab incepto desi-
stam numquid sufficienter uti possem aliqua
gloria vita mea. Sane nimis viuacior
in turpio tabescerem inter gentes quod omnis
exutus honoris laude perpetuo dedecoris
vilescerem libertate. Est ergo propositi mei
certum morti mee tradere si mors est
precium tante rei. Nam prudentis viri
propositum esse debet ut ex quo aliquid cepit

propositum publicatum in actum perducere neces-
sitate repulsa accepto ignominiose desistat.
Cui Medea: Est ergo Iason illa tui propositi
certitudo ut mortem affectes perducere vite tue
in casum manifesti discriminis intuitu manifesto.
Sed vere tue facilitati compaciens et erga
te presumentem nimium indiscrete commoueor
visceribus pietatis. Quare propono compaciens
dare tibi benigne tue salutis antidotum
reuerentie postposita patris mei et meo
pudori non parcere ut saluti. Sed huiusmodi
ita demum beneficii gratiam consequaris si mo-
nitis meis pure spondes et in exequendo
que desidero fallaciis non utaris. Ad hec
Iason: Nobilissima domina quecumque decre-
uisti me facturum infallibiliter adimplere
vobis spondeo deosque contestor. Cui Medea:
Si me tibi copulaueris in uxorem, si me
ab hoc paterno regno Iason adduxeris in
tuam patriam delaturus, si me fidelis non
deserens quo aduiuam pro certo facturam
cum tractatibus quamuis velles obtentu
finaliter tuum votum implebis totis inmune
tibus periculis anullatis. Sum enim inter
mortales alias que possum virtutes om-
nis eludere cuius potentia alicuius institutis
potiam artis potentiam obuiare. Ad que
Iason: O quam magna et inestimabilia
reuera sunt illa que michi promittis virgo

nobilis

nobilis daturam te michi: videlicet que me alias preciosa excellere pulcritudinis prerogativa refulges vel ut rosa punica que nens temporibus flores ceteros quos in arvis campestribus sponte natura produxit suorum titulorum insigniis antecellit. Et me liberare preterea a tantorum malorum noxiis ante merte cogito. Scio tamen me iustum esse non posse precium tante rei, et qui dona tam cara grata offerre fortuna remitteret modica posset summa facultatis in sancia penitus agitari. Quare nobilissima mulier et me in virum humiliter et devotum sponsum expono et me facturum singula que discerneris electio pura et intemerata fide promitto. Medea cum talis oblacionis exhilarata sermonibus ad offerentis verba respondit iterato. Amice Iason dictus pollicitacionibus certum efficias quomodo securam non vano corde et quecumque dixisti tuo sacramento firmari. Set cum ad presens se nobis locus habilis non presentet differendum hec puto dum operiatur finem noctis caligine que ad omittendum occulta se prebet desiderantibus habilem et scia horum multos excusat ut eciam nobis comoda se presentet per mei secretarii nuncium requisitus ad meam cameram tutus accedes in qua securum me facies de premissis per sacramenta deorum. Nam et me assecuturum hec modo hic deinceps potius fiat tua et nisi deterior factorum processibus et ipsorum execucione finali per me plenum instruens. Cum Iason statim huius operendum breviloquio sic conclusit. Nobilissima domina sic dicens fiat nobis quomodo michi. Ambobus igitur sedentibus pluralitatem sermonum, Medea ab hercule petita licencia rege patre eciam salutato multis associata comitibus in propriam cameram se reduxit.

Liber quartus de Medea instruente Iasonem de auri velleris certamine et ordelis ad pugnam.

IAm diei medium sol terga relinquerat et suorum flexis habenis equorum iam ad partes urgebat occasum, cum Medea sola persistens in aula que dixerat Iasoni et que responsa fuerunt per eum multa mente se cogitacione revolvit, et dum condicta mente se diligenter examinat dilatato gaudio sed mixto desiderio invalente gaudium eius obducitur, dum in videnda noctis hora per multa cupiditate fervescat. Quem ut potest ferventis eis impaciens dum desiderio fluctuat anxioso intuitus metitur aspectibus cursum solis, tanta cum aviditate torquetur in solis occasu quod illud diei residuum quod

+ pollicitacio Medee bona ad Iasonem, et ut iui adeam in nocte